Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et id circo postulas ut demus uiris
qui lassi sunt et deficerunt panes
Tulit ergo seniores ciuitatis et
spinas deserti ac tribulos et contri
cuit eis atque comminuit uiros soch
ot. turrim quoque phanuel subiuit
occisis habitatoribus ciuitatis dixit
que ad zebee et salmana. quales fue
runt uiri quos occidisti in thabor
qui responderunt similes tui. et
unus quidem ex eis qui filius resis
quibus ille ait. fratres mei fuerunt
filii matris mee. Viuit dominus si
seruasstetis eos non uos occiderem
Dixitque iether primogenito suo. et
tu surge et interfice eos. qui non e
duxit gladium timebat enim quia ad
huc puer erat. dixerunt quoque zebee
et salmana. tu surge et irruere in nos
quia iuxta etatem robur est hominis
Surrexit itaque gedeon et interfecit
zebee et salmana et tulit ornamenta
ac bullas quibus colla camelorum decorari solent. Dixerunt
que uiri omnes israel ad gedeon. dominare
nobis tu et filius tuus et filius filii
tui. quia liberasti nos de manu ma
dian. quibus ille ait non dominabor
uobis. nec dominabitur in uos filius
meus. sed dominabitur uobis dominus
Dixit quoque ad eos. Vnam petitionem
postulo a uobis. date michi inaures
expreda uestra. in aures enim aureas
hismahelite hoc consueuerant. qui
responderunt. Libentissime dabimus
expandentes quoque sinum pallium
proiecerunt in eo in aures de preda
et fuit pondus postulatarum in
aurium mille septingenti aureli
ci absque ornamentis et monilibus
vestesque purpureas quibus madia
nites uti solitis erant et preter torques
aureas camelorum. fecitque ex eo
gedeon ephot et posuit illud in ciui
tate sua ephra. fornicatusque est omnis
israel in eo et factum est gedeon et omni
domui eius in ruinam. Humiliatus
est autem madian coram filiis israel
nec potuerunt ultra eleuare ceuices. sed quiescere fecit terra per annos. quos
prefuit gedeon. habuit itaque gerobaal filius ioas et habitauit in domo sua
habuitque septuaginta filios de eius
lumbis procreatos eo quia plures uxo
res habuit concubina autem illius quia
erat in sichem genuit ei filium no
mine abimelec. Mortuus quoque est ge
deon filius ioas in senectute bona
et sepultus est in sepulchro ioas
patris sui in ephra de familia ezri
Postquam autem mortuus est gedeon
auersi sunt filii israel et fornicati sunt
cum baalim pactisque sunt cum baal
phedus ut esset eis in deum. nec re
cordati sunt dominum dei sui qui eruit
eos de manibus omnium inimicorum
suorum partitum. nec fecerunt
misericordiam cum domo gerobaal gedeon
iuxta omnia bona que fecerat israel.

Abit autem. IX
abimelech filius gerob
aal in sichem ad fratres matris
sue. et locutus est ad eos et ad omnem
cognationem domus patris matris sue.
Loquimini ad omnes uiros sichem
quid uobis est melius ut dominentur
uestri septuaginta uiri omnes filii
gerobaal. an ut dominetur uobis unus
uir. simulque considerate quia os
meum et caro mea sum. Locuti que sunt